

rectū. cum ergo uirtus nostra summe pote
stati cōtinuatur. absq; dubio rectificatur. et
ex hoc hō n̄ solū rect⁹ sed etiā rector ⁊ rex
efficitur **Deutro. penultio.** Et erit apud
rectissimum rex congregatis principib⁹ po-
puli cū tribub⁹ isrl. hoc erit i gloria quando
uirtus nostra cōtinuabitur diuine uirtuti. tūc
erimus omnipotentes uolūtatis nostre sicut
etiā deus sue. ⁊ ideo omnes reges. ⁊ ideo
omnibus p̄mittitur regnum celi. **Fecit** er-
go deus hominē rectū dū ipm fecit ad se cō-
uersum. In conuersiōe eim homis ad deū
nō tantū rectificabitur ad id qđ sursum. sed
etiā ad id qđ deorsuz. **Hō** eiz in medio cō-
stitutus dū factus est. ad deū cōuersus ⁊ sub-
iectus. cetera sunt ei subiecta ita qđ deus
omnem ueritatem creatā subiecerat eius in-
tellectui ad diiudicandū omnē bonitatē. eius
affectui ad utendū. omnē uirtutē eius pote-
stati ad gubernandū. **Ex** hoc nāq; qđ intel-
ligētia cōuersa ē ad diuinā ueritatē uēdicat
sapiam p̄ quas oīa diiudicat. fm qđ dicitur
Sapie vii. Ipsa dedit mibi omniū que sūt
sciētia uerā. ut sciaz dispōz orbis terraruz
⁊ uirtutes elemētōz. initiū ⁊ cōsumationē ⁊
medietatē tempōz. anni cursus ⁊ stellarum
disposiciones. naturas aialium ⁊ iras bestia-
rum. vtz uentōz ⁊ cognitiōes hominū. d̄ras
vgulōz ⁊ uirtutes radicū. ⁊ quēcūq; qđ sūt
abscōsa ⁊ i p̄uifa. **Vnde** **Adaz** oībus noīa
imposuit. subiecit nihilominus uolūtati oīa
ad utendū ut possit oīa in usum ⁊ utilitatem
suaz cōuertere. **Vnde in ps.** Dia subiecasti
sub pedib⁹ ei⁹. **Vnde Apo.** Ad deū cōuer-
sis. **⁊ Cori. tertio.** Dia uīa sunt. **Subiecit**
etiā uirtuti ad gubernandū. **Genesis prio.**
Subicite ⁊ dominamini piscib⁹ maris ⁊ uo-
latilib⁹ celi. **Ista** autē recta homis cōdictio
q̄stum ad supi⁹ ⁊ inferius simul tangitur in
illo uerbo. **Facit** hoiez ad imaginē ⁊ simili-
tudinē ut p̄sit ⁊. **Fecit** ergo deus hominē
rectuz dū ad se uertendo sibi eū assimila-
uit. et p̄ hoc omnib⁹ p̄posuit. ⁊ sic p̄z recta
hoīs cōdictio. ⁊ seq̄tur miserabilis uolūatio
in hoc qđ subiecit. **Et** ip̄e se i finitis misceat
questiōib⁹. in quo pōt notari ⁊ mod⁹ labē-
di ⁊ status in quē cecidit. **mod⁹** labēdi i his
tribus que dicit fm tria que i peccato consi-
derantur. ⁊ tria que i hoc uerbo p̄ponitur.

In peccato nāq; ē auersio. ⁊ uersio ē bono-
rum amissio siue expoliatio. cōuersio intelli-
gitur p̄ imixtionē. auersio p̄ finis priuatio-
nem. sed expoliatio p̄ questiōnē. **Nāq;** con-
uersio facit ipur. auersio infinitū. expolia-
tio mediū. ⁊ hoc totū tangit cū dicitur. **Im-**
misceat se infinitis questiōibus. **Pōt** etiaz
notari status in quē cecidit. sic eim cecidit a
rectitudine ut pderet ipam rectitudinē. nec
rectitudinis amplitudinē pderet habitū nō
appetitū. quia sic amisit similitudinē ut tam
p̄trāseat in imaginem. **Quoniā** ergo fmā
sit appetitus sub habitu. ideo fact⁹ ē homo
querendo sollicitus. et quia nihil creatum re-
compensare potest bonum amissuz cū sit in
finitum. ideo appetit. querit ⁊ nūq; q̄scit.
⁊ ideo declinādo a rectitudine infinitis que-
stionibus se imisceat. **Vnde** intelligētia auer-
tendo se a summa ueritate ignara effecta. in
finitis questiōibus se imisceat p̄ curiositates
Ecclesiastes viij. Est homo qui diebus ⁊
noctibus sōnum nō capit oculis. ⁊ intellexi
qđ operū dei nullā possit hō inuenire rōem
supple que finiat appetitū siue inq̄sitiones.
imo generat aliā questiōnē. ⁊ parit nouā cō-
tentionē. ⁊ imisceat iextricabilē dubitationē.
p̄pter quod **puer. xx.** Honor ē homini qđ
sepat se a cōtentiōibus. **omnes** autē stulti
misceantur cōtumeliis. **tales** sunt miseri ho-
mines qui intēdunt fabulis ⁊ genealogiis in
termixtis. **⁊. f. qđ** dicitur **ifra Lmo. prio.**
Tales misceant se cōtumeliis. quia sicut dici-
tur **scō Lmo. tertio.** Sēp sunt discētes ⁊
nūq; ad sciām ueritatis pueniētes. **Uolun-**
tas discordādo a sūma bonitate egena effe-
cta. imisceat se i finitis questiōib⁹ p̄ concupis-
centiā ⁊ cupiditates. quia sicut dicitur **pro-**
uer. xxx. Ignis nūq; dicit sufficit. **Vnde** ⁊
auarus nō implebitur pecunia. sicut dicitur
Ecclesiastes quinto. Ideo sēp querit et
mendicat. **Similr** concupiscētia nūq; satiat
imo infinitis uoluptatū questiōib⁹ iplicat.
Sapie xiiij. Dia cōmixta sunt sanguis ho-
micidiū. furtū. fictio. corruptio. infidelitas.
turbatio. piuriū. tumult⁹. benoz domini ime-
moratio. aiaz inq̄natio. natiuitatis imutatio
nuptiarū incōstantia. iordiatio. medicie ⁊ ipu-
ditiē. **De** sunt questiōes ifinite qđ cōmixte
sunt. quib⁹ imisceat se homo dum uolūtātē

deformauit a summa bonitate. **Uir** autem
discutiendo se a summa potestate facta in
firma inmiscuit se infinitis questionibus p in
stabilitate. unde semper querit quietem et non
inuenit. **unde psal. xix. Dominus inmiscuit in**
medio egypti spiritum uertiginis. Iste est spiritus
in stabilitatis per eo quod nihil potest stabilire. **un**
de homo peccator est sicut puluis quem picit uer-
a facie terre. unde in psalmo **A**uertete te faciem
turbabunt auferens spiritus. et ideo erunt tamquam pul
uis quem picit uentus a facie terre. Sicut er
go puluis non potest desistere quod diu est uentus
uertigis. sic nec nostra uirginitas stabili permanere.
et ideo infinita loca querit et mutat et medi
cat suffragia. Inmiscuit se homo ergo infinitis
questionibus per curiositatem dum cecidit a ueri
tate in ignorantiam. per cupiditatem dum cecidit a
bonitate in malitiam. per instabilitatem dum ceci
dit a potestate in inopotentiam. Sic ergo uir
homo proposito notat hominis conditio et eius diuini
tatis. et hoc solum inuenio determinatum in hoc li
bro. unde liber iste scilicet qui sic incipit.
Creationem rerum. Diuiditur in duas partes.
In prima agit de hominis conditione. In secunda
autem de lapsu eius et reformatione. infra distinctionem
xxi. **uides ergo diabolus?** **et** prima pars habet
duas. quia enim homo conuincitur cum omnibus creatur
is. facta sunt propter hominem. ideo primo
agit de conditione rerum in generali. secundo uero
in speciali. infra distinctionem secundam. De ange
lica uero natura. **et** prima pars habet duas.
In prima determinat de conditione rerum
quantum ad principium efficiens. In secunda
uero quantum ad finem. ibi **Et quia non ua**
let eius bonitatis. **et** prima pars habet tres
partes. In prima proponit ueritates que
exprimuntur in scripture sacre auctoritate.
In secunda uero auctoritatem explanat. ibi
Creare est de nihilo. **et** Tercio uero quia
per illam auctoritatem ponens erronee elidit in clu
dit ultimum earum euacuationem. ibi **Hoc ergo**
et similium errores. **et** Et quibus hanc partem
habet duas. In prima namque proponit auctori
tates ueritatis. In secunda errorem Platonis. ibi
Plato namque. **Sic** secunda duas habet. In
prima explanat auctoritatem et uerba auctoritatis
In secunda ponit errorem eorum. ibi **Hanc uero duo**
et Eodem modo tertia habet duas. Primo
enim concludit errorum improbationem.

Secundo uero fidelis confirmationem. ibi **Cre**
damus ergo.

Distinctio prima.

Ad intelligentiam uero eorum que in
hac parte dicuntur. querit hic de
exitu rerum in esse. **Primo** quantum ad
principium entitatis. **Secundo** quantum
ad unitatem. **Tercio** quantum ad productionis quoddi
tatem. **et** Circa primum duo queruntur. **Primo**
queritur **Utrum** res habeat principium causale.
Secundo utrum habeat principium initiale.

Quantum ad primum sic proceditur.
Constat secundum sanctos et philosophos. quod
omnes res mundane habuerunt prin
cipium productionis. tum propter rerum
unitatem. tum propter rerum mutabilitatem.
tum propter rerum ordinem. tum etiam propter
impefectionem. Multitudo enim ortu habet ab
unitate. et motus siue mutabile ab immutabili.
et ordo ad primum. et impefectum ad perfectum origina
liter reducitur. ideo hoc supposito. scilicet quod res
habeat principium causale. aliquo modo est questio
Utrum res sunt producte omnino. hoc est secundum principium
unum materiale et formale. aut tamen secundum alterum
principiorum. **Et** quod secundum utrumque uidetur primo
a parte productionis sic. **Quanto** productum est prius et
perfectius tanto plus influat in rem. ergo primum
et perfectissimum influat totum et in totum. et si hoc. er
go totum producit. sed primum agens est huiusmo
di. ergo. **et** Itē nobilius et perfectius est agens
quanto paucioribus indiget ad agendum. ergo
agens nobilissimum nullo extra se eget. ergo
si ipsum solum esset adhuc res producere possit. sed
non ex se cum ipse nullus sit pars. ergo ex nihilo
patet ergo quod deus potest in tota substantia crea
ture. **et** Itē agens secundum formam potest produ
cere formam. ergo pari ratione agens secundum se totum
potest producere totum. sed deus se toto agit cum sit
omnino simplex. ergo producit totum. **et** Itē hoc
ipsum ostenditur a parte rei condite sic. **Quod** non
est ab alio est in se ipso. nihil autem tale quod se
ipso est indiget alio ut sit. sed omne intrinsecum prin
cipium rei indiget alio ut sit. nam forma indiget
materia et conuerso. ergo. **et** Itē efficiens